[…]lbus ſit nigra continuo reſpondet. congruunt [a]ut[em] genera differentiis
& [acci]dentibus quod de ſpeciebus pluribus praedicantur. Nam ſicut genus plures ſub ſe
ſpecies habet ita & differentia. Nam rationale dicimus deum & hominem. rurſus
[et ho]minem accidens [de p]luribus ſpeciebus praedicatur. Nam nigrum dicimus & hominem
et equum et coru[um]. Rurſus est cum genus
differentia. quod ſic genus ſic differentia aequaliter ad individuum non praedicatur.
nam ſi Cicero animale quod est genus. & rationale animale quod est differen[ti]a. c[on]gruunt
etiam quod de numero differentibus praedicantur. quod ſuperius de aliis monſtratum est.
Diſtant autem quod ſic genus dictum est. genus in eo quod quid ſit appellatur. differentia
uero ut accidentia in eo quod quale ſit praedicantur. Nam ſi dicas quid est homo. appellab[is]
genus et dicis animal esse hominem. Si uero qualis ſit ad differentiam interrogaueris
rationale reſpondeas ut accidens nigrum uel album ut qualis quiſque ſit. de quo interrogatur.
his igitur tributis diſtantias ipſas a primordio rurſus orditur dicens. unde hoc quod
de pluribus. praedicatur genus diſtat ab his quae de ſingulis praedicantur hoc est ab in
dividuis illo quod ſpecie differentibus praedicatur. diſtat ab ſpeciebus et a propriis illo
enim in quo quid ſit appellatus ſecernatur & differentiis etiam communiter acciden
tibus quod haec duo quale quod ſit declarantur. hoc dicit diſtare genus ab individuis
quod genus de pluribus ut dictum est praedicatur. colligit autem et in unum redi[git] propriis ſpecieque
differentias. Nam quoniam ſpecies de pluribus non ſpecie ſed numero differentibus
praedicantur. proprium uero de uno tantum ſpecie et de his quae ſub eadem ſpecies individuis
praedicatur. quamuis de una ſpecie praedicatur. tamen quoniam est illi cum ſpecie a genere dif
ferentia de pluribus ſpecie differentibus non praedicari. nam neque ſpecies omnino
de ſpeciebus aliquibus poterit praedicari. neque proprium. quoniam proprium non de pluribus ſpe
ciebus. ſed de una cuius est ſpecie praedicatur. quod ſi ita est. una est differentia a genere.
ſpecies et propria ſeiunguntur. Accidens uero et differentia. eadem quoque una a genere
differentia ſeparantur. quod genus in eo quod quid ſit dicitur. differentia uero ut accidentia
in eo quod quale appellatur. has porphirius ad conſtituendam generis
rationem differentias quam parciſſime potuit. colligit. et ipſas differentias
multis modis poſtius probatus. Nunc uero quantum ſatis est. dicit. ſed abundanter
generis conſtituiſſet rationem. hoc dicens. hoc ſi ita est. nullo minus aut plus
effecta est. generis definitio perfecta plenaque. generis diffinitionem feciſſe dicit.
quoniam neque plus neque minus facta ſit definitio. ſed equaliter ad genus pariterque compoſita
quale ſit hoc homo monſtrandum est. nouimus quod quedam. res quae alia praedicantur